

C. IVLI CAESARIS

COMMENTARIORVM

DE BELLO GALLICO

LIBER SEXTVS

Inhoud

Beknopte inleiding.....	4
[1] Dreigende onrust en intimidatie van Caesar	5
[2] Gevaarlijke contacten met de Germanen	6
[3] Bijeenkomst van Caesar en de Galliërs in Lutetia	7
[4] Verzoeken om vergiffenis van de Senones en de Carnutes.....	8
[5] Caesar trekt op tegen de Menapii.....	9
[6] Overgave der Menapii.....	11
[7] Labienus doet vermoeden te vluchten.	11
[8] De Treveri misleid en hun overgave.....	13
[9] Caesar weer de Rijn over	15
[10] De Suebi vluchten diep het bos in.....	17
[11] Partijensysteem in Gallia.....	18
[12] Nieuwe hiërarchie onder de Galliërs	19
[13] Druiden en ridders	21
[14] De druiden en hun leer	24
[15] De ridders.....	26
[16] Religie en mensenoffers.....	27
[17] De Gallische goden.....	28
[18] Relatie ouders-kind	29
[19] Huwelijk en dood	30
[20] Besluitvorming	32
[21] Zeden der Germanen	33
[22] Tijdelijk grondbezit.....	34

[23] Lof, deugd, gastvrijheid van de Germanen.....	36
[24] Ooit wonnen de Galliërs het van de Germanen.	37
[25] Het Hercynische woud.....	39
[26] Een eenhoorn.....	40
[27] De eland.....	41
[28] De oeros.....	42
[29] Terug over de Rijn naar de oorlog tegen Ambiorix.....	43
[30] Ambiorix ontsnapt.	45
[31] De Galliërs vluchten alle kanten op.	46
[32] Smeekbedes van de Condrusi.....	47
[33] Caesar naar de Schelde.....	49
[34] Het landschap in het nadeel van de Romeinen.....	50
[35] De Sugambri op weg naar Aduatuca voor buit.....	52
[36] Cicero zendt troepen om te foerageren.	54
[37] Onverwachte aanval van de Germanen.....	56
[38] Heldhaftig optreden van Baculus.....	58
[39] Aanval op de terugkerende foerageerders.....	59
[40] Trebonius leidt een deel ongedeerd het kamp in.....	60
[41] Angst weggenomen door Caesars komst.....	62
[42] De rol van fortuna.....	62
[43] Plunderingen en klopjacht op Ambiorix.....	63
[44] Strafmaatregelen.....	65

Beknopte inleiding

Caesar dwingt de Menapii tot overgave. De Treveri blijven onrustig en zoeken contact met de Germanen. Caesar weet de Treveri te bedwingen en besluit over de Rijn te gaan om hulp in de toekomst van de Germanen te voorkomen en ervoor te zorgen dat Ambiorix daar geen heenkomen heeft. Caesar heeft in dit boek een interessante beschrijving van de Galliërs en Germanen opgenomen. Uiteindelijk beslist Caesar terug de Rijn over te gaan en zich weer op de oorlog met Ambiorix te richten. Uiteindelijk moet Ambiorix vluchten.

[1] Dreigende onrust en intimidatie van Caesar

Multis de causis Caesar maiorem Galliae motum exspectans per Marcum Silanum, Gaium Antistium Reginum, Titum Sextium legatos dilectum¹ habere instituit; simul ab Gnaeo Pompeio proconsule petit, quoniam ipse ad urbem cum imperio rei publicae causa remaneret, quos ex Cisalpina Gallia consulis sacramento² rogavisset, ad signa convenire³ et ad se proficisci iuberet, magni interesse⁴ etiam in reliquum tempus ad opinionem Galliae existimans tantas videri Italiae facultates⁵ ut, si quid esset in bello detrimenti⁶ acceptum, non modo id brevi⁷ tempore sarciri⁸, sed etiam maioribus augeri copiis posset. Quod cum Pompeius et rei publicae et amicitiae tribuisset⁹, celeriter confecto per suos dilectu tribus ante exactam¹⁰ hiemem et constitutis¹¹ et adductis¹² legionibus

¹ dilectus 4	lichting
² sacramento rogare	beëdigen
³ ad signa convenire	zich voor hun dienst melden
⁴ magni interest	het is heel belangrijk
⁵ facultates <i>pl.</i>	hulpmiddelen, hulpbronnen
⁶ detrimentum	verlies
⁷ brevis	kort
⁸ sarcire	herstellen
⁹ tribuere 3 + <i>dat.</i>	doen terwille van
¹⁰ exigere 3	voltooien
¹¹ constituere 3	stationeren
¹² adducere 3	laten aanrukken

duplicatoque earum cohortium numero, quas cum Quinto Titurio amiserat, et celeritate et copiis docuit¹, quid populi Romani disciplina atque opes possent.

[2] Gevaarlijke contacten met de Germanen

Interfecto Indutiomaro, ut docuimus, ad eius propinquos a Treveris imperium defertur. Illi finitimos Germanos sollicitare et pecuniam polliceri non desistunt². Cum ab proximis impetrare non possent, ulteriores³ temptant. Inventis nonnullis civitatibus iureiurando inter se confirmant⁴ obsidibusque de pecunia cavent⁵: Ambiorigem sibi societate⁶ et foedere⁷ adiungunt. Quibus rebus cognitis Caesar, cum undique bellum parari videret, Nervios, Aduatucos ac Menapios adiunctis Cisrhenanis⁸ omnibus Germanis esse in armis, Senones ad imperatum⁹ non venire et cum Carnutibus finitimisque civitatibus

¹ docere 2	tonen
² desistere 3	ophouden
³ ulterior	verder weg
⁴ confirmare	(de afspraak) bevestigen
⁵ cavere + <i>abl.</i> + <i>de</i>	zekerheid/borg leveren door ... in zake ...
⁶ societas	bondgenootschap
⁷ foedus, -eris	verdrag
⁸ cisrhenanus	aan deze zijde van de Rijn
⁹ ad imperatum	zoals bevolen

consilia communicare¹, a Treveris Germanos crebris legationibus sollicitari, maturius² sibi de bello cogitandum putavit.

[3] Bijeenkomst van Caesar en de Galliërs in Lutetia

Itaque nondum hieme confecta proximis quattuor coactis legionibus de improviso in fines Nerviorum contendit et, priusquam illi aut convenire aut profugere possent, magno pecoris atque hominum numero capto atque ea praeda militibus concessa³ vastatisque agris in deditioem⁴ venire atque obsides sibi dare coegit. Eo celeriter confecto negotio rursus in hiberna legiones reduxit. Concilio Galliae primo vere, ut instituerat, indicto⁵, cum reliqui praeter Senones, Carnutes Treverosque venissent, initium belli ac defectionis⁶ hoc esse arbitratus⁷, ut omnia postponere⁸ videretur, concilium Lutetiam Parisiorum transfert. Confines⁹ erant hi Senonibus civitatemque patrum memoria¹⁰

¹ communicare cum	delen met
² maturius	eerder
³ concedere	overlaten
⁴ deditio	overgave
⁵ indicere	aankondigen
⁶ defectio	het afvallen
⁷ arbitrari	menen
⁸ postponere	achterstellen, uitstellen
⁹ confinis	aangrenzend, naburig
¹⁰ memoria + gen.	ten tijde van

coniunxerant¹, sed ab hoc consilio afuisse² existimabantur. Hac re pro suggestu³ pronuntiata eodem die cum legionibus in Senones proficiscitur magnisque itineribus eo pervenit.

[4] Verzoeken om vergiffenis van de Senones en de Carnutes

Cognito eius adventu Acco, qui princeps⁴ eius consili fuerat, iubet in oppida multitudinem convenire. Conantibus, priusquam id effici posset, adesse Romanos nuntiatur. Necessario⁵ sententia desistunt⁶ legatosque deprecandi⁷ causa ad Caesarem mittunt: adeunt per Aeduos, quorum antiquitus⁸ erat in fide civitas. Libenter Caesar petentibus Aeduis dat veniam⁹ excusationemque accipit, quod aestivum¹⁰ tempus instantis¹¹ belli, non quaestionis¹² esse arbitrabatur. Obsidibus imperatis centum

¹ coniungere 3	een verdrag sluiten (<i>met de Senones</i>)
² abesse ab	niet aanwezig zijn bij
³ suggestus 4	spreekgestoelte, tribune
⁴ princeps	de eerste, leider
⁵ necessario	noodzakelijkerwijs
⁶ desistere 3 + <i>abl.</i>	afstappen van
⁷ deprecari	om gratie smeken
⁸ antiquitus <i>adv.</i>	vanoudsher
⁹ venia	vergiffenis
¹⁰ aestivus	zomer-
¹¹ instare	op handen zijn
¹² quaestio	onderzoek

hos Aeduis custodiendos tradit. Eodem¹ Carnutes legatos obsidesque mittunt usi deprecatoribus² Remis, quorum erant in clientela³: eadem ferunt responsa. Peragit⁴ concilium Caesar equitesque imperat civitatibus.

[5] Caesar trekt op tegen de Menapii.

Hac parte Galliae pacata totus et mente et animo in bellum Treverorum et Ambiorigis insistit⁵. Cavarinum⁶ cum equitatu Senonum secum proficisci iubet, ne quis aut ex huius iracundia⁷ aut ex eo, quod meruerat⁸, odio civitatis motus⁹ exsistat¹⁰. His rebus constitutis, quod pro explorato¹¹ habebat Ambiorigem proelio non esse concertaturum, reliqua eius consilia animo circumspiciebat¹². Erant Menapii propinqui¹³

¹ eodem	naar dezelfde plek
² deprecator	voorspraak
³ clientela	horigheidsverhouding, bescherming
⁴ peragere 3	volbrengen, houden
⁵ insistere 3 in + acc.	zich richten op
⁶ Cavarinus: <i>koning van de Senones</i>	
⁷ iracundia	woede
⁸ merere 2	het verdienen
⁹ motus 4	oproer
¹⁰ exsistere 3	de kop opsteken
¹¹ pro explorato habere	zeker weten
¹² circumspicere 5 animo	overdenken
¹³ propinquus	grenzend

Eburonum finibus, perpetuis paludibus¹ silvisque muniti, qui uni ex Gallia de pace ad Caesarem legatos numquam miserant. Cum his esse hospitium² Ambiorigi sciebat; item per Treveros venisse Germanis in amicitiam³ cognoverat. Haec prius illi detrahenda⁴ auxilia existimabat quam ipsum bello lacesseret⁵, ne desperata salute aut se in Menapios abderet⁶ aut cum Transrhenanis congregari⁷ cogereetur. Hoc inuito consilio totius exercitus impedimenta ad Labienum in Treveros mittit duasque legiones ad eum proficisci iubet; ipse cum legionibus expeditis⁸ quinque in Menapios proficiscitur. Illi nulla coacta manu⁹ loci praesidio freti¹⁰ in silvas paludesque confugiunt suaque eodem conferunt.

¹ palus, paludis

² hospitium

³ in amicitiam venire + *dat.*

⁴ detrahere + *dat.*

⁵ lacessere 3 + *abl.*

⁶ abdere 3

⁷ congregari

⁸ expeditus

⁹ manus 4

¹⁰ fretus + *abl.*

moeras

gastvriendschap

vriendschap sluiten met

onttrekken aan

uitdagen tot

verbergen

samengaan met

gevechtsklaar

schare

vetrouwend op

[6] Overgave der Menapii

Caesar partitis¹ copiis cum Gaio Fabio legato et Marco Crasso quaestore celeriterque effectis pontibus adit tripertito², aedificia vicosque incendit, magno pecoris atque hominum numero potitur³. Quibus rebus coacti Menapii legatos ad eum pacis petendae causa mittunt. Ille obsidibus acceptis hostium se habiturum numero⁴ confirmat, si aut Ambiorigem aut eius legatos finibus suis recepissent. His confirmatis rebus Commium Atrebatem cum equitatu custodis loco⁵ in Menapiis relinquit; ipse in Treveros proficiscitur.

[7] Labienus doet vermoeden te vluchten.

Dum haec a Caesare geruntur, Treveri magnis coactis peditatus equitatusque copiis Labienum cum una legione, quae in eorum finibus hiemaverat, adoriri⁶ parabant, iamque ab eo non longius bidui via aberant, cum duas venisse legiones missu⁷ Caesaris cognoscunt. Positis castris a milibus passuum XV auxilia Germanorum expectare

¹ partire	verdelen
² tripertito	in drie delen
³ potiri + <i>abl.</i>	zich meester maken van
⁴ habere numero + <i>gen.</i>	beschouwen als
⁵ <i>gen.</i> + loco	als
⁶ adoriri	aanvallen
⁷ missu + <i>gen.</i>	in opdracht van

constituunt. Labienus hostium cognito consilio sperans temeritate¹ eorum fore aliquam dimicandi facultatem praesidio² quinque cohortium impedimentis relicto cum viginti quinque cohortibus magnoque equitatu contra hostem proficiscitur et mille passuum intermisso spatio castra communit. Erat inter Labienum atque hostem difficili transitu³ flumen ripisque praeruptis⁴. Hoc neque ipse transire habebat in animo neque hostes transituros existimabat. Aangebatur auxiliorum cotidie spes. Loquitur in concilio palam⁵, quoniam Germani appropinquare dicantur, sese suas exercitusque fortunas in dubium non devocaturum⁶ et postero die prima luce castra moturum. Celeriter haec ad hostes deferuntur, ut ex magno Gallorum equitum numero nonnullos Gallicis rebus favere⁷ natura cogeat. Labienus noctu tribunis militum primisque ordinibus convocatis, quid sui sit consili proponit⁸ et, quo facilius hostibus timoris det suspicionem⁹, maiore strepitu et tumultu, quam populi Romani fert

¹ temeritas	roekeloosheid
² praesidium	garnizoen
³ transitus 4	overtocht; <i>abl. qualitatis</i>
⁴ praeruptus	zeer steil
⁵ palam	openlijk
⁶ devocare	wegroepen, verleiden
⁷ favere 2	gunstig gezind zijn
⁸ proponere	voorleggen
⁹ suspicio	vermoeden

consuetudo¹ castra moveri iubet. His rebus fugae similem profectionem effecit². Haec quoque per exploratores ante lucem in tanta propinquitate³ castrorum ad hostes deferuntur.

[8] De Treveri misleid en hun overgave

Vix agmen novissimum⁴ extra munitiones processerat, cum Galli cohortati inter se, ne speratam praedam ex manibus dimitterent⁵--longum esse perterritis Romanis Germanorum auxilium exspectare, neque suam pati⁶ dignitatem ut tantis copiis tam exiguum⁷ manum praesertim fugientem atque impeditam adoriri non audeant--flumen transire et iniquo⁸ loco committere proelium non dubitant. Quae fore suspicatus⁹ Labienus, ut omnes citra¹⁰ flumen eliceret¹¹, eadem usus simulatione¹² itineris placide¹ progrediebatur. Tum praemissis² paulum

¹ consuetudo fert	de gewoonte brengt het, het is gewoonte
² efficere 5	tot stand brengen
³ propinquitas	nabijheid
⁴ agmen novissimum	achterhoede
⁵ dimittere 3	weg laten glippen
⁶ pati	dulden
⁷ exiguus	gering
⁸ iniquus	ongelijk, nadelig
⁹ suspicari	vermoeden
¹⁰ citra + acc.	aan deze zijde van
¹¹ elicere 5	naar buiten lokken, verlokken
¹² simulatio	veinzerij, schijn

impedimentis atque in tumulto³ quodam collocatis "Habetis," inquit, "milites, quam petistis facultatem: hostem impedito atque iniquo loco tenetis: praestate⁴ eandem nobis ducibus virtutem, quam saepe numero⁵ imperatori⁶ praestitistis, atque illum adesse et haec coram cernere existimate." Simul signa ad hostem converti aciemque dirigi⁷ iubet, et paucis turmis⁸ praesidio ad impedimenta dimissis reliquos equites ad latera⁹ disponit. Celeriter nostri clamore sublato pila in hostes immittunt. Illi, ubi praeter¹⁰ spem quos fugere credebant infestis¹¹ signis ad se ire viderunt, impetum ferre non potuerunt ac primo concursu¹² in fugam coniecti proximas silvas petierunt. Quos Labienus equitatu consecatus¹³, magno numero interfecto, compluribus captis, paucis post diebus civitatem recepit. Nam Germani qui auxilio

¹ placide	rustig
² praemittere 3	voorsturen
³ tumulus	heuvel
⁴ praestare	laten zien
⁵ saepenumero	vaak
⁶ <i>sc. Caesari</i>	
⁷ dirigere	ontplooiën, opstellen
⁸ turma	ruitereskadron
⁹ latus	zijde
¹⁰ praeter + acc.	in strijd met
¹¹ infestus	vijandig, dreigend, ten aanval
¹² concursus 4	botsing
¹³ consecari	achtervolgen

veniebant percepta¹ Treverorum fuga sese domum receperunt. Cum his propinqui Indutiomari, qui defectionis auctores fuerant, comitati eos ex civitate excesserunt. Cingetorigi, quem ab initio permansisse in officio demonstravimus, principatus atque imperium est traditum.



[9] Caesar weer de Rijn over

Caesar, postquam ex Menapiis in Treveros venit, duabus de causis Rhenum transire constituit; quarum una erat, quod auxilia contra se

¹ percipere

waarnemen, horen

Treveris miserant, altera, ne ad eos Ambiorix receptum¹ haberet. His constitutis rebus paulum supra² eum locum quo ante exercitum traduxerat facere pontem instituit. Nota atque instituta ratione³ magno militum studio paucis diebus opus efficitur. Firmo in Treveris ad pontem praesidio relicto, ne quis ab his subito motus⁴ oreretur⁵, reliquas copias equitatumque traducit. Ubii, qui ante obsides dederant atque in deditionem venerant, purgandi⁶ sui causa ad eum legatos mittunt, qui doceant neque auxilia ex sua civitate in Treveros missa neque ab se fidem laesam⁷: petunt atque orant ut sibi parcat, ne communi odio Germanorum innocentes pro nocentibus poenas pendant; si amplius⁸ obsidum vellet, dare pollicentur. Cognita Caesar causa⁹ reperit ab Suebis auxilia missa esse; Ubiorum satisfactionem accipit, aditus viasque in Suebos perquirere¹⁰.

¹ receptus 4	toevluchtsoord
² supra + acc.	verder stroomopwaarts dan
³ ratio	manier
⁴ motus 4	oproer
⁵ oriri	ontstaan
⁶ purgare	verontschuldigen, vrijspreken
⁷ laedere	kwetsen, schenden
⁸ amplius + gen.part.	meer
⁹ causa	zaak, geval, aangelegenheid
¹⁰ perquirere 3	overal zoeken, precies uitzoeken

[10] De Suebi vluchten diep het bos in.

Interim¹ paucis post diebus fit ab Ubiis certior Suebos omnes in unum locum copias cogere atque eis nationibus quae sub eorum sint imperio denuntiare², ut auxilia peditatus equitatusque mittant. His cognitibus rebus rem frumentariam providet, castris idoneum locum deligit; Ubiis imperat ut pecora deducant suaque omnia ex agris in oppida conferant, sperans barbaros atque imperitos³ homines inopia cibariorum⁴ adductos ad iniquam pugnandi condicionem posse deduci⁵; mandat, ut crebros exploratores in Suebos mittant quaeque apud eos gerantur cognoscant. Illi imperata faciunt et paucis diebus intermissis referunt⁶: Suebos omnes, posteaquam certiores nuntii de exercitu Romanorum venerint, cum omnibus suis sociorumque copiis, quas coegissent, penitus⁷ ad extremos fines se recepisse: silvam esse ibi infinita⁸ magnitudine, quae appellatur Bacenis⁹; hanc longe introrsus¹⁰ pertinere¹ et pro nativo²

¹ interim

intussen

² denuntiare

bevelen

³ imperitus

onervaren

⁴ cibaria *n.pl.*

levensmiddelen

⁵ deducere 3

brengen tot

⁶ referre

rapporteren

⁷ penitus *adv.*

diep, helemaal

⁸ infinitus

oneindig

⁹ *een bos nu waarschijnlijk de Harz tussen de Cheruscen en de Sueben*

¹⁰ introrsus *adv.*

landinwaarts

muro obiectam³ Cheruscos ab Suebis Suebosque ab Cheruscis iniuriis incursionibusque⁴ prohibere⁵: ad eius initium silvae Suebos adventum Romanorum exspectare constituisse.

[11] Partijensysteem in Gallia

Quoniam ad hunc locum perventum est, non alienum⁶ esse videtur de Galliae Germaniaeque moribus et quo differant⁷ hae nationes inter sese proponere⁸. In Gallia non solum in omnibus civitatibus atque in omnibus pagis⁹ partibusque, sed paene etiam in singulis domibus factiones¹⁰ sunt, earumque factionum principes sunt qui summam auctoritatem eorum iudicio¹¹ habere existimantur, quorum ad arbitrium¹² iudiciumque summa omnium rerum consiliorumque redeat¹³. Itaque

¹ pertinere 2	zich uitstrekken
² nativus	natuurlijk
³ obicere 5	in de weg plaatsen
⁴ incursio	inval
⁵ prohibere ab	beschermen tegen
⁶ alienus	vreemd
⁷ differre + <i>abl.</i>	verschillen in
⁸ proponere 3	uiteenzetten, vertellen
⁹ pagus	gouw
¹⁰ factio	partij, politiek bedrijf
¹¹ iudicium	oordeel
¹² arbitrium	vonnis, goeddunken
¹³ redire ad	toevallen aan

eius rei causa antiquitus institutum videtur, ne quis ex plebe contra potentio¹rem¹ auxili egeret²: suos enim quisque opprimi³ et circumveniri⁴ non patitur, neque, aliter si faciat, ullam inter suos habet auctoritatem. Haec eadem ratio⁵ est in summa⁶ totius Galliae: namque omnes civitates in partes divisae sunt duas.

[12] Nieuwe hiërarchie onder de Galliërs

Cum Caesar in Galliam venit, alterius factionis principes erant Aedui, alterius Sequani. Hi cum per se minus valent⁷, quod summa auctoritas antiquitus erat in Aeduis magna⁸ eorum erant clientelae⁸, Germanos atque Ariovistum sibi adiunxerant eosque ad se magnis iacturis⁹ pollicitationibusque¹⁰ perduxerant. Proeliis vero compluribus factis secundis¹¹ atque omni nobilitate Aeduorum interfecta¹² tantum

¹ potens	machtig
² egere + <i>gen.</i>	missen, niet hebben
³ opprimere	overweldigen
⁴ circumvenire	omsingelen, in het nauw brengen
⁵ ratio	wijze, handelwijze, inrichting
⁶ in summa	over het algemeen genomen
⁷ valere	vermogen
⁸ clientela	protectoraat
⁹ iactura	(geldelijke) offers
¹⁰ pollicitatio	belofte
¹¹ secundus	gunstig
¹² interficere 5	doden

potentia antecesserant¹, ut magnam partem clientium ab Aeduis ad se traducerent obsidesque ab eis principum filios acciperent et publice iurare cogent nihil² se contra Sequanos consili inituros³ et partem finitimi agri per vim occupatam possiderent Galliaequae totius principatum⁴ obtinerent. Qua necessitate⁵ adductus Diviciacus auxilii petendi causa Romam ad senatum profectus infecta⁶ re redierat. Adventu Caesaris facta commutatione⁷ rerum, obsidibus Aeduis redditus, veteribus clientelis restitutis, novis per Caesarem comparatis, quod hi, qui se ad eorum amicitiam adgregaverant⁸, meliore condicione⁹ atque aequiore¹⁰ imperio se uti videbant, reliquis rebus eorum gratia¹¹ dignitateque¹² amplificata¹³ Sequani principatum dimiserant. In eorum

¹ antecedere 3 + <i>abl.</i>	er bovenuit steken in iets
² nihil ...consili	
³ inire consilium	een besluit nemen
⁴ principatum	de eerste plaats
⁵ necessitas	noodsituatie
⁶ infectus	onverricht
⁷ commutatio	verandering
⁸ se adgregare ad	zich aansluiten bij
⁹ condicio	situatie, omstandigheden
¹⁰ aequus	gelijk, rechtvaardig
¹¹ gratia	invloed
¹² dignitas	waardigheid
¹³ amplificare	vergroten

locum Remi successerant¹: quos quod adaequare² apud Caesarem gratia intellegebatur, ei, qui propter³ veteres inimicitias⁴ nullo modo cum Aeduis coniungi poterant, se Remis in clientelam dicabant⁵. Hos illi diligenter⁶ tuebantur⁷: ita et novam et repente collectam auctoritatem tenebant. Eo tum statu⁸ res erat, ut longe principes haberentur Aedui, secundum⁹ locum dignitatis Remi obtinerent.

[13] Druiden en ridders

In omni Gallia eorum hominum, qui aliquo sunt numero¹⁰ atque honore, genera sunt duo. Nam plebes paene servorum habetur loco, quae nihil audet per se, nullo¹¹ adhibetur¹² consilio. Plerique¹³, cum aut aere

¹ succedere 3	in de plaats komen
² adaequare (Aeduos)	evenaren
³ propter + acc.	wegens
⁴ inimicitia	vijandschap
⁵ se dicare in	zich laten opnemen in
⁶ diligens	gewetensvol
⁷ tueri	beschermen
⁸ status 4	staat
⁹ secundus	tweede
¹⁰ numerus	tel, aanzien; <i>abl. qualitatis</i>
¹¹ <i>nullo hier dativus ipv nulli</i>	
¹² adhibere consilio (<i>dat.</i>)	bij een beraad halen, raadplegen
¹³ plerique <i>pl.</i>	de meesten

alieno¹ aut magnitudine tributorum² aut iniuria potentiorum premuntur, sese in servitatem dicant nobilibus: in hos eadem omnia sunt iura, quae dominis in servos. Sed de his duobus generibus³ alterum est druidum⁴, alterum equitum. Illi rebus divinis⁵ intersunt⁶, sacrificia⁷ publica ac privata procurant⁸, religiones⁹ interpretantur¹⁰: ad hos magnus adulescentium numerus disciplinae¹¹ causa concurrat, magnoque hi sunt apud eos honore. Nam fere de omnibus controversiis¹² publicis privatisque constituunt¹³, et, si quod est admissum¹⁴ facinus¹⁵, si caedes facta, si de hereditate¹⁶, de finibus controversia est, idem decernunt,

¹ aes alienum	schuld
² tributum	belasting
³ duobus generibus	<i>bijvoegelijke bepaling bij his; genus - klasse</i>
⁴ druidae <i>pl.</i>	druïden, Keltische priesters
⁵ divinus	goddelijk
⁶ interesse + <i>dat.</i>	aanwezig zijn bij, bijwonen
⁷ sacrificium	offerplechtigheid
⁸ procurare	verzorgen
⁹ religiones	religieuze handelingen, ceremonieën
¹⁰ interpretari	verklaren
¹¹ disciplina	onderwijs
¹² controversia	geschilpunt
¹³ constituere 3 de	beslissen over
¹⁴ admittere	begaan
¹⁵ facinus <i>n</i>	(mis)daad
¹⁶ hereditas	erfenis

praemia¹ poenasque constituunt; si qui aut privatus aut populus eorum decreto² non stetit, sacrificiis interdicunt³. Haec poena apud eos est gravissima. Quibus ita est interdictum, hi numero impiorum ac sceleratorum⁴ habentur, his omnes decedunt⁵, aditum sermonemque defugiunt⁶, ne quid ex contagione⁷ incommodi⁸ accipiant, neque his petentibus ius⁹ redditur neque honos ullus communicatur¹⁰. His autem omnibus druidibus praeest¹¹ unus, qui summam inter eos habet auctoritatem. Hoc mortuo aut si qui ex reliquis excellit¹² dignitate succedit, aut, si sunt plures pares, suffragio¹³ druidum, nonnumquam¹⁴ etiam armis de principatu contendunt¹⁵. Hi certo anni tempore in finibus

¹ praemium	beloning
² decreto stare	zich houden aan een besluit
³ interdicere (+ dat.) + abl.(iemand) uitsluiten van	
⁴ sceleratus	misdadig
⁵ decedere + dat.	wijken voor
⁶ defugere 5	ontvluchten
⁷ contagio	het aanraken, omgang, besmetting
⁸ incommodum	nadeel
⁹ ius reddere	recht spreken
¹⁰ communicare	delen, geven
¹¹ praeesse + dat.	aan het hoofd staan van
¹² excellere 3 + abl.	uitblinken in
¹³ suffragium	stemming
¹⁴ nonnumquam	soms
¹⁵ contendere	strijden

Carnutum, quae regio totius Galliae media habetur, considunt in loco consecrato¹. Huc omnes undique, qui controversias habent, conveniunt eorumque decretis iudiciisque parent. Disciplina in Britannia reperta² atque inde in Galliam translata esse existimatur, et nunc, qui diligentius eam rem cognoscere volunt, plerumque³ illo⁴ discendi causa proficiscuntur.

[14] De druiden en hun leer

Druides a bello abesse consuerunt neque tributa una⁵ cum reliquis pendunt⁶; militiae vacationem⁷ omniumque rerum habent immunitatem⁸. Tantis excitati⁹ praemiis et sua sponte multi in disciplinam conveniunt et a parentibus propinquisque mittuntur. Magnum ibi numerum versuum¹⁰ ediscere¹¹ dicuntur. Itaque annos

¹ consecratus	gewijd
² reperire	ontdekken
³ plerumque	meestal
⁴ illo	daarheen
⁵ una	tegelijk
⁶ pendere 3	betalen
⁷ vacatio	vrijstelling
⁸ immunitas	het vrij zijn van
⁹ excitari	prikkelen
¹⁰ versus 4	(vers)regel; <i>pl.</i> gedicht
¹¹ ediscere 3	uit het hoofd leren

nonnulli vicenos¹ in disciplina permanent. Neque fas² esse existimant ea litteris mandare³, cum in reliquis fere rebus, publicis privatisque rationibus⁴ Graecis litteris utantur. Id mihi duabus de causis instituisse⁵ videntur, quod neque in vulgum⁶ disciplinam efferri⁷ velint neque eos, qui discunt, litteris confisos⁸ minus memoriae studere⁹: quod fere plerisque accidit, ut praesidio¹⁰ litterarum diligentiam¹¹ in perdiscendo¹² ac memoriam remittant¹³. In primis¹⁴ hoc volunt persuadere¹⁵, non interire¹⁶ animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios, atque hoc maxime ad virtutem excitari putant metu mortis neglecto¹⁷. Multa

¹ viceni <i>pl.</i>	telkens 20
² fas est	het is geoorloofd
³ litteris mandare	aan letters toevertrouwen; opschrijven
⁴ ratio	aangelegenheid
⁵ instituere 3	instellen
⁶ vulgus <i>n.</i>	het volk; <i>acc. ook vulgum!</i>
⁷ efferre	naar buiten brengen
⁸ confisus + <i>dat.</i>	vertrouwend op
⁹ studere 2 + <i>dat.</i>	zich toeleggen op
¹⁰ praesidium	hulp
¹¹ diligentia	nauwgezetheid
¹² perdiscere 3	grondig leren
¹³ remittere	laten vieren, los laten
¹⁴ in primis	vooral
¹⁵ persuadere 2	overtuigen
¹⁶ interire	sterven
¹⁷ neglegere 3	verwaarlozen

praeterea de sideribus¹ atque eorum motu, de mundi² ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum immortalium vi ac potestate disputant³ et iuventuti tradunt.

[15] De ridders

Alterum genus est equitum. Hi, cum est usus⁴ atque aliquod bellum incidit⁵ (quod fere ante Caesaris adventum quotannis⁶ accidere solebat, uti aut ipsi iniurias inferrent aut illatas propulsarent⁷), omnes in bello versantur⁸, atque eorum ut quisque⁹ est genere copiisque amplissimus¹⁰, ita plurimos circum se ambactos¹¹ clientesque habet. Hanc unam gratiam¹² potentiamque noverunt.

¹ sidus, sideris	ster
² mundus	de wereld
³ disputare	uiteenzetten, behandelen
⁴ usus est	het is nuttig
⁵ incidere	zich voordoen
⁶ quotannis	jaarlijks
⁷ propulsare	afwerpen, tegenhouden
⁸ versari in + <i>abl.</i>	zich bezighouden met, verkeren in
⁹ quisque	een ieder, men
¹⁰ amplus	aanzienlijk
¹¹ ambactus	horige
¹² gratia	invloed

[16] Religie en mensenoffers

Natio¹ est omnis Gallorum admodum² dedita³ religionibus, atque ob eam causam, qui sunt adfecti⁴ gravioribus morbis⁵ quique in proeliis periculisque versantur, aut pro victimis⁶ homines immolant⁷ aut se immolatuos vovent⁸ administrisque⁹ ad ea sacrificia druidibus utuntur, quod, pro vita hominis nisi hominis vita reddatur, non posse deorum immortalium numen¹⁰ placari¹¹ arbitrantur, publiceque eiusdem generis habent instituta sacrificia. Alii immani¹² magnitudine simulacra habent, quorum contexta¹³ viminibus¹⁴ membra vivis hominibus complent; quibus succensis¹⁵ circumventi flamma exanimantur¹ homines.

¹ natio	volk
² admodum	zeer
³ dedere 3	overgeven
⁴ afficere 5	aandoen, treffen
⁵ morbus	ziekte
⁶ victima	offerdier
⁷ immolare	offeren
⁸ vovere 2	wijden
⁹ administer	dienaar, assistent
¹⁰ numen	goddelijke macht
¹¹ placare	verzoenen, gunstig stemmen
¹² immanis	ontzettend
¹³ contexere 3	weven
¹⁴ vimen	twijg
¹⁵ succendere 3	van onderen aansteken

Supplicia² eorum qui in furto³ aut in latrocinio⁴ aut aliqua noxia⁵ sint comprehensi⁶ gratiora⁷ dis immortalibus esse arbitrantur; sed, cum eius generis copia defecit⁸, etiam ad innocentium⁹ supplicia descendunt.

[17] De Gallische goden

Deum maxime Mercurium colunt. Huius sunt plurima simulacra: hunc omnium inventorem¹⁰ artium ferunt¹¹, hunc viarum atque itinerum ducem, hunc ad quaestus¹² pecuniae mercaturasque¹³ habere vim maximam arbitrantur. Post hunc Apollinem et Martem et Iovem et Minervam. De his eandem fere, quam reliquae gentes, habent opinionem: Apollinem morbos depellere, Minervam operum¹⁴ atque

¹ exanimare	doden
² supplicium	doodstraf
³ furtum	diefstal
⁴ latrocinium	straatroof
⁵ noxia	schuld, vergrijp
⁶ comprehendere 3 in + <i>abl.</i>	betrappen op
⁷ gratus	welgevallig
⁸ deficere 5	tekort schieten, opraken
⁹ innocens	onschuldig
¹⁰ inventor	uitvinder
¹¹ ferunt	men zegt/noemt
¹² quaestus 4	het gewin
¹³ mercatura	handel (<i>ook pl.</i>)
¹⁴ opus, operis	handarbeid

artificiorum¹ initia² tradere, lovem imperium caelestium³ tenere, Martem bella regere. Huic, cum proelio dimicare constituerunt, ea quae bello ceperint plerumque devovent⁴: cum superaverunt, animalia capta immolant reliquasque res in unum locum conferunt. Multis in civitatibus harum rerum exstructos⁵ tumulos locis consecratis conspicari⁶ licet; neque saepe accidit, ut neglecta quispiam religione aut capta apud se occultare aut posita tollere auderet, gravissimumque ei rei supplicium cum cruciatu⁷ constitutum est.

[18] Relatie ouders-kind

Galli se omnes ab Dite patre prognatos⁸ praedicant⁹ idque ab druidibus proditum¹⁰ dicunt. Ob eam causam spatia omnis temporis non numero dierum sed noctium finiunt¹¹; dies natales¹² et mensum¹ et annorum

¹ artificium	kunstwerk
² initium	beginsel
³ caelestia <i>n.pl.</i>	hemellichamen
⁴ devovere 2	wijden
⁵ exstruere 3	oprichten
⁶ conspicare	zien
⁷ cruciatus 4	marteling
⁸ prognatus + <i>abl.</i>	afstammend van
⁹ praedicare	verkondigen
¹⁰ prodere 3	overleveren
¹¹ finire	bepalen
¹² natalis	geboorte-

initia sic observant² ut noctem dies subsequatur. In reliquis vitae institutis³ hoc fere ab reliquis differunt⁴, quod suos liberos, nisi cum adoleverunt⁵, ut munus⁶ militiae sustinere possint, palam ad se adire non patiuntur filiumque puerili⁷ aetate in publico⁸ in conspectu patris adsistere⁹ turpe¹⁰ ducunt¹¹.

[19] Huwelijk en dood

Viri, quantas pecunias ab uxoribus dotis¹² nomine¹³ acceperunt, tantas ex suis bonis aestimatione¹⁴ facta cum dotibus communicant¹⁵. Huius

¹ mensis	maand
² observare	in acht nemen
³ institutum	regel, zede, gewoonte
⁴ differre a	verschillen van
⁵ adolescere 3	volwassen worden
⁶ munus <i>n.</i>	taak
⁷ puerilis	kinder-
⁸ publicum	het openbaar
⁹ adsistere 3	erbij gaan staan
¹⁰ turpis	schandelijk
¹¹ ducere 3	menen, beschouwen als
¹² dos, dotis	bruidschat
¹³ nomine + <i>gen.</i>	als
¹⁴ aestimatio	schatting
¹⁵ communicare cum	toevoegen aan

omnis pecuniae coniunctim¹ ratio² habetur fructusque³ servantur: uter eorum vita superarit⁴, ad eum pars utriusque cum fructibus superiorum temporum pervenit. Viri in uxores, sicuti in liberos, vitae necisque⁵ habent potestatem; et cum pater familiae illustriore⁶ loco natus decessit, eius propinqui conveniunt et, de morte si res in suspicionem⁷ venit, de uxoribus in servilem modum⁸ quaestionem⁹ habent et, si compertum¹⁰ est, igni atque omnibus tormentis¹¹ excruciatas¹² interficiunt. Funera sunt pro¹³ cultu¹⁴ Gallorum magnifica et sumptuosa¹⁵; omniaque quae vivis cordi fuisse¹⁶ arbitratur in ignem

¹ coniunctim	gemeenschappelijk
² rationem habere	een rekening hebben/opmaken
³ fructus 4	rente
⁴ superare	overblijven
⁵ nex, necis	(gewelddadige) dood
⁶ illustris	aanzienlijk
⁷ suspicio	verdenking
⁸ in modum	op de wijze, zoals
⁹ quaestionem habere de	ondervragen
¹⁰ comperire	vernemen, te weten komen
¹¹ tormentum	marteling
¹² excruciare	martelen
¹³ pro + <i>abl.</i>	overeenkomstig
¹⁴ cultus 4	de levenswijze
¹⁵ sumptuosus	duur
¹⁶ mihi cordi est	het gaat mij ter harte, het ligt mij na aan het hart

inferunt, etiam animalia, ac paulo supra¹ hanc memoriam² servi et clientes, quos ab eis dilectos³ esse constabat, iustis⁴ funeribus confectis una cremabantur.

[20] Besluitvorming

Quae civitates commodius⁵ suam rem publicam administrare existimantur, habent legibus sanctum⁶, si quis quid de re publica a finitimis rumore aut fama acceperit, uti ad magistratum deferat⁷ neve cum quo alio communicet⁸, quod saepe homines temerarios⁹ atque imperitos falsis rumoribus terreri et ad facinus impelli¹⁰ et de summis rebus consilium capere cognitum est. Magistratus quae visa sunt occultant¹¹ quaeque esse ex usu¹² iudicaverunt multitudini produnt¹. De re publica nisi per concilium loqui non conceditur².

¹ supra + acc.	eerder dan
² memoria	tijd
³ diligere 3	hoogschatten, beminnen
⁴ iustus	rechtmatig, rechtvaardig, gebruikelijk
⁵ commodus	doelmatig
⁶ sancire	bepalen
⁷ deferre ad	melden bij
⁸ communicare cum	meedelen aan
⁹ temerarius	roekeloos
¹⁰ impellere ad	aanzetten tot
¹¹ occultare	geheim houden
¹² ex usu	van nut, nuttig

[21] Zeden der Germanen

Germani multum ab hac consuetudine differunt. Nam neque druides habent, qui rebus divinis praesint, neque sacrificiis student. Deorum numero³ eos solos ducunt⁴, quos cernunt et quorum aperte opibus⁵ iuvantur, Solem et Vulcanum et Lunam, reliquos ne fama quidem acceperunt⁶. Vita omnis in venationibus⁷ atque in studiis⁸ rei militaris consistit⁹: ab parvulis labori ac duritiae¹⁰ student. Qui diutissime impuberes¹¹ permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem: hoc ali¹² staturam¹³, ali vires nervosque confirmari¹⁴ putant. Intra annum

¹ prodere 3	meedelen
² concedere 3	toestaan
³ <i>gen.</i> + numero	als
⁴ ducere 3	beschouwen
⁵ ops	hulp
⁶ accipere 5	vernemen
⁷ venatio	het jagen
⁸ studium	beoefening
⁹ consistere 3 in + <i>abl.</i>	bestaan uit
¹⁰ duritia	uithoudingsvermogen, harde levenswijze
¹¹ impubes, -beris	ongehuwd
¹² = alii	
¹³ statura	gestalte
¹⁴ confirmare	versterken

vero vicesimum¹ feminae notitiam² habuisse in turpissimis habent³ rebus; cuius rei nulla est occultatio⁴, quod et promiscue⁵ in fluminibus perluuntur⁶ et pellibus aut parvis renonum⁷ tegimentis⁸ utuntur magna corporis parte nuda.

[22] Tijdelijk grondbezit

Agriculturae non student, maiorque pars eorum victus⁹ in lacte¹⁰, caseo¹¹, carne¹² consistit. Neque quisquam agri modum¹³ certum aut fines habet proprios¹⁴; sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus¹⁵ cognationibusque¹ hominum, qui una coierunt, quantum et

¹ vicesimus	twintigste
² notitia	het bekend zijn, kennis
³ habere in + <i>abl.</i>	beschouwen als
⁴ occultatio	het verbergen
⁵ promiscue <i>adv.</i>	gemengd
⁶ perlui	baden
⁷ reno	pels
⁸ tegimentum	bedekking
⁹ victus 4	levensonderhoud, voeding
¹⁰ lac <i>n</i> , lactis	melk
¹¹ caseus	kaas
¹² caro, carnis	vlees
¹³ modus	maat
¹⁴ proprius	eigen
¹⁵ gens	stam

quo loco visum est agri attribuunt² atque anno post alio³ transire cogunt. Eius rei multas adferunt⁴ causas: ne adsidua⁵ consuetudine capti studium belli gerendi agricultura commutent⁶; ne latos fines parare⁷ studeant, potentioresque humiliores possessionibus expellant⁸; ne accuratius⁹ ad frigora¹⁰ atque aestus¹¹ vitandos aedificent; ne qua oriatur pecuniae cupiditas, qua ex re factiones¹² dissensionesque¹³ nascuntur; ut animi aequitate¹⁴ plebem contineant, cum suas quisque opes cum potentissimis aequari videat.

¹ cognatio	familie
² attribuere 3	toedelen
³ alio	ergens andersheen
⁴ adferre	aanhalen
⁵ adsiduus	ononderbroken
⁶ commutare + acc. + abl.	iets ruilen voor
⁷ parare	verwerven
⁸ expellere 3 + abl.	verdrijven van
⁹ accuratus	zorgvuldig
¹⁰ frigus n.	koude
¹¹ aestus 4	hitte
¹² factio	partij, politiek gekuip
¹³ dissensio	onenigheid
¹⁴ aequitas	gelijkheid

[23] Lof, deugd, gastvrijheid van de Germanen

Civitatibus maxima laus est quam latissime circum se vastatis finibus solitudines¹ habere. Hoc proprium² virtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere, neque quemquam prope audere consistere³; simul hoc se fore tutiores arbitrantur repentinae incursionis⁴ timore sublato. Cum bellum civitas aut illatum defendit⁵ aut infert, magistratus, qui ei bello praesint, ut vitae necisque habeant potestatem⁶, deliguntur⁷. In pace nullus est communis magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt controversiasque minuunt⁸. Latrocinia nullam habent infamiam⁹, quae extra fines cuiusque civitatis fiunt, atque ea iuventutis exercendae ac desidia¹⁰ minuendae causa fieri praedicant. Atque ubi quis ex principibus in concilio dixit se ducem fore, qui sequi velint, profiteantur¹¹, consurgunt ei qui et causam et hominem

¹ solitudo	het ontbreken van mensen
² proprius + <i>gen.</i>	eigen aan
³ consistere 3	zich vestigen
⁴ incursio	aanval, inval
⁵ defendere 3	zich verdedigen tegen
⁶ potestas	beschikking, macht
⁷ deligere 3	kiezen
⁸ minuere 3	verkleinen, verzachten
⁹ infamia	smaad, slechte naam
¹⁰ desidia	het niets doen
¹¹ profiteri	melden

probant suumque auxilium pollicentur atque ab multitudine collaudantur: qui ex his secuti non sunt, in desertorum¹ ac proditorum² numero ducuntur, omniumque his rerum postea fides derogatur³. Hospitem⁴ violare⁵ fas⁶ non putant; qui quacumque de causa ad eos venerunt, ab iniuria prohibent⁷, sanctos⁸ habent, hisque omnium domus patent victusque communicatur⁹.

[24] Ooit wonnen de Galliërs het van de Germanen.

Ac fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute superarent, ultro¹⁰ bella inferrent, propter hominum multitudinem agrisque inopiam trans Rhenum colonias mitterent. Itaque ea quae fertilissima¹¹ Germaniae sunt loca circum Hercyniam silvam¹², quam Eratostheni¹ et quibusdam

¹ desertor	deserteur
² proditor	verrader
³ fidem derogare	de bescherming onttrekken aan
⁴ hospes, hospitis	gastvriend
⁵ violare	schenden
⁶ fas	geoorloofd
⁷ prohibere ab	beschermen tegen
⁸ sanctus	onschendbaar
⁹ communicare	delen
¹⁰ ultro	ja zelfs
¹¹ fertilis	vruchtbaar
¹² Hercynia silva, ae <i>f m</i>	het Zwarte Woud; <i>het Hercynische Woud was een oerbos dat in geschriften uit de klassieke oudheid voorkomt en te situeren valt ten oosten van</i>

Graecis fama notam esse video, quam illi Orcyniam appellant, Volcae Tectosages² occupaverunt atque ibi consederunt; quae gens ad hoc tempus his sedibus sese continet summamque habet iustitiae et bellicae laudis opinionem³. Nunc quod in eadem⁴ inopia, egestate⁵, patientia⁶ qua Germani permanent, eodem victu⁷ et cultu corporis utuntur; Gallis

de Rijn en ten noorden van de Donau. Onder anderen Iulius Caesar (in De bello Gallico), Tacitus en Titus Livius maakten melding van dit uitgestrekte woud dat in het gebied van de Germaanse stammen lag.

Hedendaagse historici gaan ervan uit dat gebieden in het huidige Duitsland als de Harz, het Zwarte Woud, het Odenwald, het Thüringerwoud en het Boheemse Woud deel uitmaakten van het Hercynische Woud. Op het gebied van reliëf zou het Hercynische Woud grotendeels te klasseren zijn als middelgebergte.

¹ *Eratosthenes van Cyrene (Oud-Grieks: Ἐρατοσθένης ὁ Κυρηναῖος) (Cyrene, tussen 276 v.Chr. en 273 v.Chr. - Alexandrië, ca. 194 v.Chr.) was een Grieks geleerde, die in bloeitijd van de hellenistische wetenschappen leefde. Hij staat te boek als uiterst veelzijdig en is het meest bekend geworden door zijn schatting van de omtrek van de aarde.*

² *Men denkt dat de Volcae oorspronkelijk ten noordoosten van de Rijn woonden, in wat nu westelijk en centraal Duitsland is, in het stroomgebied van de Wezer. Caesar noemde de Volcae Tectosages als een Keltische stam die nog steeds in westelijk Germanië woonde.*

³ opinio

naam

⁴ idem ... qui ...

dezelfde ... als ...

⁵ egestas

gebrek

⁶ patientia

het lijden

⁷ victus 4

voeding, levenswijze

autem provinciarum propinquitas¹ et transmarinarum rerum notitia² multa ad copiam atque usus largitur³, paulatim⁴ adsuefacti⁵ superari multisque victi proeliis ne se quidem ipsi cum illis virtute comparant⁶.

[25] Het Hercynische woud

Huius Hercyniae silvae, quae supra demonstrata est, latitudo⁷ novem dierum iter expedito⁸ patet⁹: non enim aliter finiri¹⁰ potest, neque mensuras¹¹ itinerum noverunt. Oritur ab Helvetiorum et Nemetum et Rauracorum finibus rectaque¹² fluminis Danubi regione pertinet ad fines Dacorum et Anartium; hinc se flectit sinistrorsus¹³ diversis¹⁴ ab flumine

¹ propinquitas	nabijheid
² notitia	kennis, bekendheid
³ largiri	(rijkelijk) geven
⁴ paulatim	geleidelijk
⁵ adsuefacere	doen gewennen
⁶ comparare	vergelijken
⁷ latitudo	breedte
⁸ expeditus	lichtbepakte reiziger
⁹ patere 2	open staan, zich uitstrekken
¹⁰ finire	bepalen, vaststellen
¹¹ mensura	maat
¹² recta regione + <i>gen.</i>	evenwijdig aan
¹³ sinistrorsus	naar links
¹⁴ diversus ab	afgekeerd van

regionibus multarumque gentium fines propter magnitudinem adtingit¹; neque quisquam est huius Germaniae, qui se aut adisse ad initium eius silvae dicat, cum dierum iter LX processerit, aut, quo ex loco oriatur, acceperit: multaque in ea genera ferarum² nasci constat³, quae reliquis in locis visa non sint; ex quibus quae maxime differant⁴ ab ceteris et memoriae prodenda videantur haec sunt.

[26] Een eenhoorn

Est bos cervi⁵ figura, cuius a media fronte⁶ inter aures⁷ unum cornu existit excelsius⁸ magisque directum⁹ his, quae nobis nota sunt, cornibus: ab eius summo sicut¹⁰ palmae¹¹ ramique¹² late diffunduntur.

¹ adtingere	3	aanraken
² fera		wild dier
³ constare		vaststaan
⁴ differre a		verschillen van
⁵ cervus		hert
⁶ frons		voorhoofd
⁷ auris		oor
⁸ excelsus		verheven
⁹ directus		recht(opstaand)
¹⁰ sicut		zoals, zeg maar
¹¹ palma		(hand)palm
¹² ramus		tak

Eadem est feminae marisque¹ natura, eadem forma magnitudoque cornuum.

[27] De eland

Sunt item, quae appellantur alces². Harum est consimilis³ capris⁴ figura et varietas⁵ pellium, sed magnitudine paulo antecedunt⁶ mutilaeque⁷ sunt cornibus et crura⁸ sine nodis⁹ articulisque¹⁰ habent neque quietis¹¹ causa procumbunt¹² neque, si quo adflictae¹³ casu conciderunt, erigere¹⁴ sese aut sublevare possunt. His sunt arbores pro cubilibus¹⁵: ad

¹ mas, maris	mannetje
² alces, alcis	eland
³ consimilis + <i>dat.</i>	lijkend op
⁴ caper	geitenbok
⁵ varietas	bontheid
⁶ antecedere 3	overtreffen
⁷ mutilius	verminkt, ingekort
⁸ crus <i>n</i> , cruris	been
⁹ nodus	gewricht
¹⁰ articulus	gewricht, knokkel
¹¹ quies, quietis	rust, het slapen
¹² procumbere 3	gaan liggen
¹³ adfligere 3	treffen
¹⁴ erigere 3	oprichten
¹⁵ cubile <i>n</i>	slaapkamer, leger

eas se applicant¹ atque ita paulum modo² reclinatae quietem capiunt. Quarum ex vestigiis³ cum est animadversum a venatoribus⁴, quo se recipere consuerint, omnes eo loco aut ab radicibus⁵ subruunt⁶ aut accidunt⁷ arbores, tantum ut summa⁸ species⁹ earum stantium relinquatur. Huc cum se consuetudine reclinaverunt¹⁰, infirmas¹¹ arbores pondere adfligunt¹² atque una¹³ ipsae concidunt.

[28] De oeros

Tertium est genus eorum, qui uri¹⁴ appellantur. Hi sunt magnitudine paulo infra¹⁵ elephantos, specie et colore et figura tauri. Magna vis

¹ applicare se ad	zich doen leunen tegen
² modo	slechts
³ vestigium	spoor
⁴ venator	jager
⁵ radix	wortel
⁶ subruere 3	ondergraven
⁷ accidere 3	inhakken
⁸ summus	volkomen, geheel
⁹ species 5	uiterlijk, aanblik
¹⁰ reclinare	achterover leunen
¹¹ infirmus	zwak
¹² adfligere	slaan, op de grond werpen
¹³ una	tegelijk
¹⁴ urus	oeros
¹⁵ infra + acc.	minder dan

eorum est et magna velocitas¹, neque homini neque ferae quam conspexerunt parcunt. Hos studiose² foveis³ captos interficiunt. Hoc se labore durant⁴ adolescentes atque hoc genere venationis exercent, et qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quae sint testimonio⁵, magnam ferunt laudem. Sed adsuescere ad homines et mansuefier⁶ ne parvuli⁷ quidem excepti⁸ possunt. Amplitudo⁹ cornuum et figura et species multum a nostrorum bouum cornibus differt. Haec studiose conquisita¹⁰ ab labris¹¹ argento circumcludunt atque in amplissimis epulis¹² pro poculis¹³ utuntur.

¹ velocitas	snelheid
² studiosus	ijverig
³ fovea	kuil
⁴ durare	harden
⁵ testimonium	getuigenis
⁶ mansuefieri	handtam gemaakt worden
⁷ parvulus	zeer klein, zeer jong
⁸ excipere	vangen
⁹ amplitudo	uitgestrektheid, omvang
¹⁰ conquirere	bijeenzoeken, verzamelen
¹¹ labrum	lip, rand
¹² epulae	feestmaaltijd
¹³ poculum	beker

[29] Terug over de Rijn naar de oorlog tegen Ambiorix

Caesar, postquam per Ubios exploratores comperit Suebos sese in silvas recepisse, inopiam frumenti veritus, quod, ut supra demonstravimus, minime¹ omnes Germani agriculturae student, constituit non progredi longius; sed, ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret² atque ut eorum auxilia tardaret³, reducto exercitu partem ultimam pontis, quae ripas Ubiorum contingebat, in longitudinem pedum ducentorum rescindit⁴ atque in extremo⁵ ponte turrim tabulatorum⁶ quattuor constituit praesidiumque cohortium duodecim pontis tuendi⁷ causa ponit magnisque eum locum munitionibus firmat. Ei loco praesidioque Gaium Volcatium Tullum adolescentem praefecit. Ipse, cum maturescere⁸ frumenta inciperent, ad bellum Ambiorigis profectus per Arduennam silvam, quae est totius Galliae maxima atque ab ripis Rheni finibusque Treverorum ad Nervios pertinet milibusque amplius quingentis in longitudinem patet, Lucium Minucium Basilum cum omni

¹ minime	zeer weinig, volstrekt niet
² tollere 3 + <i>dat.</i>	ontnemen aan
³ tardare	vertragen
⁴ rescindere 3	afbreken
⁵ extremus	uiterst
⁶ tabulatum	verdieping
⁷ tueri	beschermen
⁸ maturescere 3	rijp worden

equitatu praemittit, si¹ quid celeritate itineris atque opportunitate temporis proficere² possit; monet, ut ignes in castris fieri prohibeat³, ne qua⁴ eius adventus procul significatio⁵ fiat: sese confestim⁶ subsequi dicit.

[30] Ambiorix ontsnapt.

Basilus, ut imperatum est, facit. Celeriter contraque omnium opinionem confecto itinere multos in agris inopinantes⁷ deprehendit: eorum indicio⁸ ad ipsum Ambiorigem contendit, quo in loco cum paucis equitibus esse dicebatur. Multum cum⁹ in omnibus rebus tum in re militari potest fortuna. Nam <sicut> magno accidit casu ut in ipsum incautum¹⁰ etiam atque imparatum incideret¹¹, priusque eius adventus ab omnibus videretur, quam fama ac nuntius adferretur¹²: sic magnae

¹ si + <i>coni.</i>	om te zien of
² proficere 5	vorderingen maken/bewerkstelligen
³ prohibere 2	verbieden
⁴ = aliqua	
⁵ significatio	aanduiding
⁶ confestim	ijlings
⁷ inopinans	niets vermoedend
⁸ indicium	aanwijzing
⁹ cum ... tum ...	niet alleen ..., maar ook ...
¹⁰ incautus	achteloos, zorgeloos
¹¹ incidere in + <i>acc.</i>	stuiten op
¹² afferre	berichten

fuit fortunae omni militari instrumento¹, quod circum se habebat, erepto², raedis³ equisque comprehensis ipsum effugere mortem. Sed hoc quoque factum est, quod aedificio circumdato silva, ut sunt fere domicilia⁴ Gallorum, qui vitandi aestus⁵ causa plerumque silvarum atque fluminum petunt propinquitates, comites familiaresque eius angusto in loco paulisper equitum nostrorum vim sustinuerunt. His pugnantibus illum in equum quidam ex suis intulit: fugientem silvae texerunt⁶. Sic et ad subeundum⁷ periculum et ad vitandum multum fortuna valuit.

[31] De Galliërs vluchten alle kanten op.

Ambiorix copias suas iudicione⁸ non conduxerit, quod proelio dimicandum non existimarit, an tempore exclusus⁹ et repentino equitum adventu prohibitus, cum reliquum exercitum subsequi crederet, dubium est. Sed certe dimissis per agros nuntiis sibi quemque

¹ instrumentum	tuig
² eripere 5	ontrukken
³ raeda	vierwielige reiswagen
⁴ domicilium	huis, woonstee
⁵ aestus 4	hitte
⁶ tegere 3	bedekken, verbergen
⁷ subire	op zich nemen
⁸ iudicio	met opzet
⁹ excludere 3	verhinderen

consulere¹ iussit. Quorum pars in Arduennam silvam, pars in continentibus² paludes³ profugit; qui proximi Oceano fuerunt, his insulis sese occultaverunt, quas aestus⁴ efficere consuerunt: multi ex suis finibus egressi se suaque omnia alienissimis⁵ crediderunt⁶. Catuvolcus, rex dimidia⁷ partis Eburonum, qui una cum Ambiorige consilium⁸ inierat, aetate iam confectus⁹, cum laborem aut belli aut fugae ferre non posset, omnibus precibus¹⁰ detestatus¹¹ Ambiorigem, qui eius consilii auctor¹² fuisset, taxo¹³, cuius magna in Gallia Germaniaque copia est, se exanimavit¹⁴.

¹ consulere 3 + <i>dat.</i>	zorgen voor
² continens	ononderbroken
³ palus, -udis	moeras
⁴ aestus	de getijden
⁵ alienus	vreemd
⁶ credere 3	toevertrouwen
⁷ dimidius	half
⁸ consilium	besluit, plan
⁹ confectus	afgemat
¹⁰ preces <i>pl.</i>	gebeden, verwensingen
¹¹ detestari	vervloeken
¹² auctor	de verantwoordelijke persoon
¹³ taxus	taxus (struik met giftige bessen)
¹⁴ exanimare	doden

[32] Smeekbedes van de Condrusi

Segni Condrusique, ex gente et numero Germanorum, qui sunt inter Eburones Treverosque, legatos ad Caesarem miserunt oratum¹, ne se in hostium numero duceret neve omnium Germanorum, qui essent citra Rhenum, unam esse causam² iudicaret: nihil se de bello cogitavisse, nulla Ambiorigi auxilia misisse. Caesar explorata re quaestione³ captivorum, si qui ad eos Eburones ex fuga convenissent, ad se ut reducerentur, imperavit; si ita fecissent, fines eorum se violaturum negavit. Tum copiis in tres partes distributis impedimenta omnium legionum Aduatucam⁴ contulit. Id castelli⁵ nomen est. Hoc fere est in mediis Eburonum finibus, ubi Titurius atque Aurunculeius hiemandi causa considerant. Hunc cum⁶ reliquis rebus locum probabat, tum quod superioris anni munitiones integrae⁷ manebant⁸, ut militum laborem

¹ *sup.*

² *causa* zaak, belang

³ *quaestio* onderzoek, verhoor

⁴ *Aduatuca was een vesting van de Eburonen, waar Caesar in 54 v.Chr. anderhalf Romeins legioen voor de winter liet inkwartieren. Het daaropvolgende jaar gebruikte Caesar het om er de tros van zijn leger in te kwartieren, met als garnizoen het 14e legioen en 200 ruiters; ook ettelijke honderden zieken en gekwetsten verbleven er. Misschien het huidige Luik.*

⁵ *castellum* fort

⁶ *cum ..., tum ...* niet alleen ..., maar ook ...

⁷ *integer* ongeschonden

⁸ *manere 2* wachten, nog bestaan

sublevaret¹. Praesidio² impedimentis legionem quartamdecimam reliquit, unam ex eis tribus, quas proxime conscriptas³ ex Italia traduxerat. Ei legioni castrisque Quintum Tullium Ciceronem praeficit ducentosque equites attribuit.

[33] Caesar naar de Schelde

Partito⁴ exercitu Titum Labienum cum legionibus tribus ad Oceanum versus⁵ in eas partes quae Menapios attingunt proficisci iubet; Gaium Trebonium cum pari legionum numero ad eam regionem quae ad Aduaticos adiacet⁶ depopulandam⁷ mittit; ipse cum reliquis tribus ad flumen Scaldem⁸, quod influit in Mosam, extremasque Arduennae partis ire constituit, quo⁹ cum paucis equitibus profectum Ambiorigem audiebat. Discedens post diem septimum sese reversurum¹⁰ confirmat;

¹ sublevare	verlichten
² praesidium	bescherming; <i>dat. finalis</i>
³ conscribere 3	lichten
⁴ partire	opdelen, <i>komt ook voor als deponens</i>
⁵ versus in + <i>acc.</i>	naar; <i>versus adv.</i>
⁶ adiacere 2	liggen bij
⁷ depopulari	plunderen
⁸ Scaldis	de Schelde
⁹ quo	waarheen
¹⁰ revertere 3	terugkeren

quam ad¹ diem ei legioni quae in praesidio² relinquebatur deberi frumentum sciebat. Labienum Treboniumque hortatur, si rei publicae commodo³ facere possint, ad eum diem revertantur, ut rursus communicato⁴ consilio exploratisque hostium rationibus⁵ aliud initium belli capere possint.

[34] Het landschap in het nadeel van de Romeinen

Erat, ut supra demonstravimus, manus⁶ certa nulla, non oppidum, non praesidium, quod se armis defenderet, sed in omnes partes dispersa⁷ multitudo. Ubi cuique aut valles⁸ abdita⁹ aut locus silvestris aut palus impedita¹⁰ spem praesidi aut salutis aliquam offerebat¹¹, consererat. Haec loca vicinitatibus¹² erant nota, magnamque res diligentiam

¹ ad + acc. van tijd	tot, op
² praesidium	post, basis, bolwerk
³ commodum	voordeel
⁴ communicare	laten deelnemen aan
⁵ ratio	plan
⁶ manus 4 f	schare
⁷ dispergere 3	verspreiden
⁸ = vallis	vallei
⁹ abdere 3	verbergen
¹⁰ impeditus	ontogankelijk
¹¹ offerre	bieden
¹² vicinitas	de buurt; pl. de burens

requirebat¹ non in summa² exercitus tuenda (nullum enim poterat universis³ <a> perterritis ac dispersis periculum accidere), sed in singulis militibus conservandis; quae tamen ex parte⁴ res ad salutem exercitus pertinebat. Nam et praedae cupiditas⁵ multos longius evocabat, et silvae incertis occultisque itineribus confertos⁶ adire prohibebant. Si negotium⁷ confici stirpemque⁸ hominum sceleratorum interfici⁹ vellet, dimittendae¹⁰ plures manus diducendique¹¹ erant milites; si continere ad signa manipulos vellet, ut instituta¹² ratio et consuetudo exercitus Romani postulabat, locus ipse erat praesidio barbaris, neque ex occulto insidiandi¹³ et dispersos circumveniendi singulis deerat¹⁴ audacia¹⁵. At in

¹ requirere 3	vereisen
² summa	het geheel, het totaal
³ universi	allen tezamen
⁴ ex parte	deels
⁵ cupiditas	het verlangen
⁶ confertus	opeengedrongen
⁷ negotium	taak
⁸ stirp(i)s	wortel, stam,
⁹ interficere 5	doden
¹⁰ dimittere 3	wegsturen
¹¹ diducere 3	wegleiden
¹² institutus	ingesteld
¹³ insidiari	belagen
¹⁴ deesse	ontbreken
¹⁵ audacia	moed

eiusmodi difficultatibus¹, quantum diligentia² provideri poterat providebatur, ut potius³ in nocendo aliquid praetermitteretur⁴, etsi omnium animi ad ulciscendum⁵ ardebant, quam cum aliquo militum detrimento⁶ noceretur. Dimittit ad finitimas civitates nuntios Caesar: omnes ad se vocat spe praedae ad diripiendos⁷ Eburones, ut potius in silvis Gallorum vita quam legionarius miles periclitetur⁸, simul ut magna multitudine circumfusa⁹ pro¹⁰ tali facinore stirps ac nomen civitatis tollatur¹¹. Magnus undique numerus celeriter convenit.

[35] De Sugambri op weg naar Aduatuca voor buit

Haec in omnibus Eburonum partibus gerebantur, diesque appetebat¹² septimus, quem ad diem Caesar ad impedimenta legionemque reverti

¹ difficultas	probleem
² diligentia	nauwgezetheid, zorgvuldigheid
³ potius	liever, eerder
⁴ praetermittere 3	voorbij laten gaan
⁵ ulcisci	wraak nemen
⁶ detrimentum	verlies
⁷ diripere 5	plunderen
⁸ periclitari	in gevaar zijn
⁹ circumfusus	omgeven
¹⁰ pro + <i>abl.</i>	in ruil voor
¹¹ tollere 3	uit de weg ruimen
¹² appetere	naderen, aanbreken

constituerat. Hic quantum in bello fortuna possit et quantos adferat¹ casus² cognosci potuit. Dissipatis³ ac perterritis hostibus, ut demonstravimus, manus erat nulla quae parvam modo causam⁴ timoris adferret. Trans Rhenum ad Germanos pervenit fama, diripi Eburones atque ultro⁵ omnes ad praedam evocari. Cogunt⁶ equitum duo milia Sugambri, qui sunt proximi⁷ Rheno, a quibus receptos ex fuga Tencteros atque Usipetes supra docuimus. Transeunt Rhenum navibus ratibusque⁸ triginta milibus passuum infra⁹ eum locum, ubi pons¹⁰ erat perfectus praesidiumque ab Caesare relictum: primos Eburonum fines adeunt; multos ex fuga dispersos excipiunt¹¹, magno pecoris numero, cuius sunt cupidissimi¹² barbari, potiuntur¹³. Invitati praeda longius procedunt. Non

¹ adferre	meebrengen, veroorzaken
² casus	toeval
³ dissipare	verspreiden
⁴ causa	oorzaak, aanleiding
⁵ ultro	zelfs
⁶ cogere 3	bijeenbrengen
⁷ proximus + <i>dat.</i>	dichtst bij
⁸ ratis	vlot
⁹ infra + <i>acc.</i>	beneden
¹⁰ pons, pontis <i>m</i>	brug
¹¹ excipere 5	gevangen nemen
¹² cupidus + <i>gen.</i>	verlangend naar
¹³ potiri + <i>abl.</i>	bemachtigen

hos palus in bello latrociniisque¹ natos², non silvae morantur³. Quibus in locis sit Caesar ex captivis quaerunt; profectum longius reperiunt⁴ omnemque exercitum discessisse cognoscunt. Atque unus ex captivis "Quid vos," inquit, "hanc miseram ac tenuem⁵ sectamini⁶ praedam, quibus licet iam esse fortunatissimos⁷? Tribus horis Aduatucam venire potestis: huc omnes suas fortunas exercitus Romanorum contulit: praesidi tantum est, ut ne murus quidem cingi⁸ possit, neque quisquam egredi extra munitiones audeat." Oblata spe Germani quam nacti⁹ erant praedam in occulto relinquunt; ipsi Aduatucam contendunt usi eodem duce, cuius haec indicio¹⁰ cognoverant.

¹ latrocinium	rooftocht
² natus in + <i>abl.</i>	voorbestedemd temidden van
³ morari	ophouden
⁴ reperire	bevinden
⁵ tenuis	gering
⁶ sectari	achterna zitten, jagen op
⁷ fortunatus	rijk, vermogend
⁸ cingere 3	aanleggen (daaromheen)
⁹ nancisci	verkrijgen
¹⁰ ¹⁰ indicium	informatie, aanwijzing

[36] Cicero zendt troepen om te foerageren.

Cicero, qui omnes superiores¹ dies praeceptis² Caesaris cum summa diligentia milites in castris continuisset ac ne calonem³ quidem quemquam extra munitionem egredi passus esset, septimo die diffidens⁴ de numero dierum Caesarem fidem servaturum, quod longius progressum audiebat, neque ulla de reditu eius fama adferebatur, simul eorum permotus⁵ vocibus, qui illius patientiam⁶ paene obsessionem⁷ appellabant, siquidem⁸ ex castris egredi non liceret, nullum eiusmodi casum⁹ exspectans, quo novem oppositis¹⁰ legionibus maximoque equitatu dispersis ac paene deletis hostibus in milibus passuum tribus offendi¹¹ posset, quinque cohortes frumentatum¹² in proximas segetes¹³

¹ superior	vorig
² praeceptum	voorschrift
³ calo, calonis	soldatenknecht, staljongen
⁴ diffidere 3	wantrouwen, twijfelen aan
⁵ permovere 2	hevig bewegen
⁶ patientia	geduld, passieve houding
⁷ obsessio	belegering
⁸ siquidem	aangezien
⁹ casus	gelegenheid, voorval
¹⁰ opponere 3 + dat.	plaatsen tegenover
¹¹ offendere 3	beschadigen
¹² frumentari	foerageren
¹³ seges, segetis	gewas, akker

mittit, quas inter et castra unus omnino¹ collis intererat. Complures erant ex legionibus aegri relictī; ex quibus qui hoc spatio dierum convaluerant², circiter CCC, sub vexillo³ una mittuntur; magna praeterea multitudo calonum, magna vis iumentorum, quae in castris subsederant, facta potestate⁴ sequitur.

[37] Onverwachte aanval van de Germanen

Hoc ipso tempore et casu⁵ Germani equites interveniunt⁶ protinusque⁷ eodem illo, quo venerant, cursu⁸ ab decumana porta in castra irrumpere conantur, nec prius sunt visi obiectis⁹ ab ea parte silvis, quam¹⁰ castris appropinquant, usque¹¹ eo¹² ut qui sub¹³ vallo tenderent¹⁴ mercatores

¹ omnino	in totaal
² convalescere 3	genezen
³ vexillum	vaandel, vendel, detachement
⁴ potestas	gelegenheid
⁵ casus	voorval
⁶ intervenire	tussenbeid komen, opduiken
⁷ protinus	meteen
⁸ cursus 4	looppas
⁹ obicere 5	in de weg leggen
¹⁰ quam (ut) + <i>coni.</i>	dan dat
¹¹ usque	helemaal
¹² eo	hierheen
¹³ sub + <i>abl.</i>	onder aan
¹⁴ tendere 3	zich bevinden, bivakkeren

recipiendi sui facultatem¹ non haberent. Inopinantes² nostri re nova perturbantur, ac vix³ primum impetum⁴ cohors in statione⁵ sustinet. Circumfunduntur⁶ ex reliquis hostes partibus, si⁷ quem aditum reperire possent. Aegre⁸ portas nostri tuentur⁹, reliquos aditus locus ipse per se munitioque defendit. Totis trepidatur¹⁰ castris, atque alius ex alio causam tumultus¹¹ quaerit; neque quo¹² signa ferantur neque quam in partem quisque conveniat provident¹³. Alius iam castra capta pronuntiat, alius deleto exercitu atque imperatore victores barbaros venisse contendit¹⁴; plerique novas sibi ex loco religiones¹⁵ fingunt

¹ facultas	gelegenheid
² inopinans	niets vermoedend
³ vix	nauwelijks
⁴ impetus 4	aanval
⁵ statio	post
⁶ circumfundi	stromen rond
⁷ si + <i>coni.</i>	om te zien of
⁸ aegre	met moeite
⁹ tueri	beschermen
¹⁰ trepidare	in paniek zijn
¹¹ tumultus 4	opschudding
¹² quo	waarheen
¹³ providere 2	voorzien
¹⁴ contendere 3	verzekeren, nadrukkelijk beweren
¹⁵ religiones <i>pl.</i>	bijgelovige gedachten

Cottaëque et Tituri calamitatem¹, qui in eodem occiderint castello, ante oculos ponunt. Tali timore omnibus perterritis confirmatur² opinio barbaris, ut ex captivo audierant, nullum esse intus³ praesidium. Perrumpere⁴ nituntur⁵ seque ipsi adhortantur, ne tantam fortunam⁶ ex manibus dimittant.

[38] Heldhaftig optreden van Baculus

Erat aeger cum praesidio relictus Publius Sextius Baculus, qui primum pilum⁷ ad Caesarem duxerat, cuius mentionem⁸ superioribus proeliis fecimus, ac diem iam quintum cibo caruerat⁹. Hic diffisus¹⁰ suae atque omnium saluti inermis¹¹ ex tabernaculo¹² prodit: videt imminere¹³

¹ calamitas	onheil, nederlaag; 54 v.Chr. in de strijd tegen Ambiorix
² confirmare	versterken
³ intus	binnen
⁴ perrumpere 3	zich met geweld een weg banen
⁵ niti	ernaar streven
⁶ fortuna	kans
⁷ primum pilum ducere	centurio v.d. eerste manipel v.d. triarii zijn
⁸ mentio	melding
⁹ carere 2	zijn zonder
¹⁰ diffidere + dat.	niet geloven in
¹¹ inermis	ongewapend
¹² tabernaculum	tent
¹³ imminere 2	dreigen

hostes atque in summo esse rem discrimine¹: capit arma a proximis atque in porta consistit. Consequuntur hunc centuriones eius cohortis quae in statione erat: paulisper² una proelium sustinent. Relinquit animus Sextium gravibus acceptis vulneribus: aegre³ per manus⁴ tractus servatur. Hoc spatio interposito⁵ reliqui sese confirmant⁶ tantum, ut in munitionibus consistere audeant speciemque⁷ defensorum praebeant⁸.

[39] Aanval op de terugkerende foerageerders

Interim confecta frumentatione milites nostri clamorem exaudiunt: praecurrunt⁹ equites; quanto res sit in periculo cognoscunt. Hic vero nulla munitio¹⁰ est quae perterritos recipiat: modo¹¹ conscripti¹² atque usus¹³ militaris imperiti¹ ad tribunum militum centurionesque ora

¹ discrimen	gevaar
² paulisper	kort
³ aegre	met moeite
⁴ per manus	van hand tot hand
⁵ interponere 3	inlassen
⁶ confirmare	bemoedigen, een riem onder het hart steken
⁷ species 5	uiterlijk, schijn
⁸ praebere 2	verschaffen
⁹ praecurrere 3	vooruitrennen
¹⁰ munitio	bolwerk
¹¹ modo	pas, onlangs
¹² conscribere 3	lichten
¹³ usus 4	gebruik, praktijk; rei militaris- krijgservering

convertunt; quid ab his praecipitur² exspectant. Nemo est tam fortis quin³ rei novitate⁴ perturbetur. Barbari signa procul conspicati⁵ oppugnatione desistunt⁶: redisse primo legiones credunt, quas longius discessisse ex captivis cognoverant; postea despecta paucitate⁷ ex omnibus partibus impetum faciunt.

[40] Trebonius leidt een deel ongedeerd het kamp in.

Calones⁸ in proximum tumulum⁹ procurrunt. Hinc celeriter deiecti se in signa manipulosque coniciunt¹⁰: eo magis timidos perterrent milites. Alii cuneo¹¹ facto ut celeriter perrumpant censent¹², quoniam tam propinqua sint castra, et si pars aliqua circumventa ceciderit, at¹³

¹ imperitus + <i>gen.</i>	onervaren met
² praecipere 5	voorschrijven, bevelen
³ quin + <i>coni. na negatieve voorzin</i> : dat niet, of ... wel ...	
⁴ novitas	nieuwheid, het ongewone, het verrassende
⁵ conspicari	zien
⁶ desistere 3 + <i>abl.</i>	ophouden met
⁷ paucitas	gering aantal
⁸ calo, calonis	soldatenknecht
⁹ tumulus	heuvel
¹⁰ se conicere 5	snellen
¹¹ cuneus	wigvormige opstelling
¹² censere 2 ut + <i>coni.</i>	besluiten dat
¹³ at	maar dan toch

reliquos servari posse confidunt; alii, ut in iugo¹ consistent atque eundem omnes ferant casum. Hoc veteres² non probant³ milites, quos sub vexillo una profectos docuimus. Itaque inter se cohortati duce Gaio Trebonio, equite Romano, qui eis erat praepositus⁴, per medios hostes perrumpunt incolumesque⁵ ad unum omnes⁶ in castra perveniunt. Hos subsequuti⁷ calones equitesque eodem impetu militum virtute servantur. At ei qui in iugo constiterant, nullo etiam nunc usu rei militaris percepto⁸ neque in eo quod probaverant consilio permanere, ut se loco superiore defenderent, neque eam quam prodesse aliis vim celeritatemque viderant imitari⁹ potuerunt, sed se in castra recipere conati iniquum¹⁰ in locum demiserunt¹¹. Centuriones, quorum nonnulli ex inferioribus ordinibus¹² reliquarum legionum virtutis causa in superiores erant

¹ iugum	heuvelrug
² vetus	oud, ervaren
³ probare	goedkeuren
⁴ praeposere + <i>dat.</i>	aan het hoofd stellen van
⁵ incolumis	ongedeerd
⁶ ad unum omnes	allen tot op de laatste man
⁷ subsequi	onmiddellijk volgen
⁸ percipere	leren
⁹ imitari	navolgen
¹⁰ iniquus	ongelijk, nadelig
¹¹ demittere	naar beneden laten gaan
¹² ordo	centuria, afdeling

ordines huius legionis traducti¹, ne ante partam rei militaris laudem amitterent, fortissime pugnantes conciderunt. Militum pars horum virtute summotis² hostibus praeter spem incolumis in castra pervenit, pars a barbaris circumventa periit.

[41] Angst weggenomen door Caesars komst

Germani desperata expugnatione³ castrorum, quod nostros iam constitisse in munitionibus videbant, cum ea praeda quam in silvis deposuerant trans Rhenum sese receperunt. Ac tantus fuit etiam post discessum hostium terror ut ea nocte, cum Gaius Volusenus missus cum equitatu ad castra venisset, fidem non faceret adesse cum incolumi Caesarem exercitu. Sic omnino animos timor praeoccupaverat⁴ ut paene alienata⁵ mente deletis omnibus copiis equitatum se ex fuga recepisse dicerent neque incolumi exercitu Germanos castra oppugnatos fuisse⁶ contenderent. Quem timorem Caesaris adventus sustulit⁷.

¹ traducere overzetten

² summovere 2 verwijderen

³ expugnatio de verovering

⁴ praeoccupare van tevoren zich meester maken van

⁵ alienare tot waanzin drijven

⁶ *als irrealis van het verleden*

⁷ tollere 3 wegnemen

[42] De rol van fortuna

Reversus¹ ille eventus² belli non ignorans, unum quod³ cohortes ex statione et praesidio essent emissae, questus -ne minimo quidem casu⁴ locum relinquere debuisset - multum fortunam in repentino hostium adventu potuisse iudicavit, multo etiam amplius, quod paene ab ipso vallo portisque castrorum barbaros avertisset⁵. Quarum omnium rerum maxime admirandum⁶ videbatur, quod Germani, qui eo consilio Rhenum transierant, ut Ambiorigis fines depopularentur⁷, ad castra Romanorum delati⁸ optatissimum⁹ Ambiorigi beneficium obtulerunt.

[43] Plunderingen en klopjacht op Ambiorix

Caesar rursus ad vexandos hostes profectus magno coacto numero ex finitimis civitatibus in omnes partes dimittit. Omnes vici atque omnia aedificia quae quisque conspexerat incendebantur; praeda ex omnibus locis agebatur; frumenta non solum tanta multitudine iumentorum

¹ reverti	terugkeren
² eventus 4	afloop
³ quod	het feit dat
⁴ casus 4	voorval
⁵ avertere 3 ab	afwenden van
⁶ admirandus	wonderbaarlijk
⁷ depopulari	plunderen, ontvolken
⁸ deferri	uit de koers geraken
⁹ optatus	gewenst

atque hominum consumebantur¹, sed etiam anni tempore atque imbris procubuerant² ut, si qui etiam in praesentia³ se occultassent, tamen his deducto⁴ exercitu rerum omnium inopia pereundum⁵ videretur. Ac saepe in eum locum⁶ ventum est, tanto in omnes partes diviso equitatu, ut modo visum ab se Ambiorigem in fuga captivi nec plane⁷ etiam abisse ex conspectu contenderent, ut spe consequendi illata⁸ atque infinito⁹ labore suscepto¹⁰, qui se summam ab Caesare gratiam inituros¹¹ putarent, paene naturam studio¹² vincerent, semperque paulum ad summam felicitatem¹³ defuisse¹⁴ videretur, atque ille latebris¹⁵ aut saltibus¹ se eriperet² et noctu occultatus alias

¹ consumere 3	verbruiken
² procumbere 3	tegen de grond geslagen worden
³ in praesentia	voor het moment
⁴ deducere 3	wegleiden
⁵ perire	sterven
⁶ in eum locum	zo ver
⁷ plane	uitdrukkelijk, helemaal, stellig
⁸ inferre	bezorgen
⁹ infinitus	onmetelijk
¹⁰ suscipere 5	op zich nemen
¹¹ gratiam inire	dank oogsten
¹² studium	ijver
¹³ felicitas	geluk, voorspoed, succes
¹⁴ deesse	ontbreken
¹⁵ latebrae	schuilplaats

regiones partesque peteret non maiore equitum praesidio quam quattuor, quibus solis vitam suam committere³ audebat.

[44] Strafmaatregelen

Tali modo vastatis regionibus exercitum Caesar duarum cohortium damno⁴ Durocortorum⁵ Remorum reducit concilioque in eum locum Galliae indicto⁶ de coniuratione Senonum et Carnutum quaestionem⁷ habere instituit et de Accone, qui princeps eius consili fuerat, graviore sententia⁸ pronuntiata⁹ more maiorum supplicium sumpsit¹⁰. Nonnulli iudicium veriti¹¹ profugerunt. Quibus cum aqua atque igni interdixisset¹², duas legiones ad fines Treverorum, duas in Lingonibus, sex reliquas in

¹ saltus 4

wouddal

² se eripere 5

zich onttrekken aan

³ committere 3

toevertrouwen

⁴ damnum

verlies

⁵ Durocortorum, *het huidige Reims, was een Romeinse stad in de provincie Gallia Belgica. Het was de belangrijkste stad van de Remi, een Keltisch volk dat zich aan Iulius Caesar onderworpen had.*

⁶ indicere 3

aankondigen

⁷ quaestio

onderzoek

⁸ sententia

vonnis

⁹ pronuntiare

openbaar bekendmaken, uitspreken

¹⁰ supplicium sumere 3

de doodstraf voltrekken

¹¹ vereri

vrezen

¹² interdicare aqua et igni + *dat.* iemand water en vuur ontzeggen, verbannen

Senonum finibus Agedinci¹ in hibernis collocavit frumentoque exercitui proviso, ut instituerat, in Italiam ad conventus² agendos profectus est.

¹ Agedincum Agedincum, nu: Sens, genoemd naar de Keltische Senonen, die deze streek aan het begin van de jaartelling bewoonden. De Romeinen bouwden hier in de 1e eeuw v.Chr. de stad Agedincum Senonum.

² conventum agere 3 een landdag houden